

LII. *Qualiter patroni nōtum facere debeant merchatoribus quando naues discaricari debebunt* (1).

Uolumus quod, postquam nauis uel aliud lignum de milliariis ducentis (2) et inde supra portum fecerit in aliquo loco in quo debuerit discaricari, patronus cum preparauerit (3) merces merchatoris ad portam (4) ad discaricandum, det noticiam merchatori ut merces suas (5) recipiat. Et tunc merchator, illo die uel sequenti, merces suas (6) recipere teneatur. Quilibet uero mer || chator (7) qui hoc non fecerit, libras tres (8) omni die qua (9) plus steterit merces suas (10) recipere, patrono nauis illius (11) solere [sic] teneatur, saluo per impedimentum (12) temporis, et saluo de mercibus que uastate fuerint, quod nostri consules in Ueneciis, et (13) extra Uenecias nostri rectores, debeant diffinire.

*Var. in Q:* (1) LXIII. *Quando mercatores debent accipere merces suas.* — (2) CC mill. — (3) in a. l. p. f. i. q. debeat discaricare, p. cum properauerit — (4) ad portum — (5) notificet merchatori ut s. m. — (6) mercator, ipso die uel alio, s. m. — (7) Omnis mercator — (8) IIJ — (9) quod — (10) s. m. — (11) i. n. — (12) mali aggiunto. — (13) temporis, et de mercibus uastatis quod i. V. n. c. uel

LIII. *Qualiter restauracio fieri debet de mercibus que per aquam uastarentur* (1).

Uolumus, cum merces merchatoris in naue per aquam (2) uastabuntur, si de restauracione danni merchator (3) concors esse non poterit cum patrono, tunc nostri consules, uel rectores loci illius (4) in quo nauis fuerit, dampnum illud (5), antequam merces extrahantur de naue, extimare debeant et uidere. Quod dannum si in naue extimare non poterint, merces faciant discaricari

*Var. in Q:* (1) LXIV. *De uastatione mercimoniarum.* — (2) merchatoris postquam in naue — (3) dampni mercator — (4) et r. l. i. — (5) i. d. —